



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

Vt Lite Pendente Nihil Innovetur. Titvlvs VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

VT LITE PENDENTE NIHIL INNO-

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Si ex duobus litigantibus electus alter decedat, renunciet, vel a prosecutione causa excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alius electio facta, non tenet.

Bonifacius VIII.

Spem deus quae propter electiones diversas ecclesie patitur interdum, occurrere cupientes. Scimus, ut si aliquibus apud sedem Apostolicam, vel alibi litigantibus, super electionibus de se in discordia celebratis aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renunciare, aut a prosecutione ipsius contigerit quoquo modo excludi: ad electionem aliam (sive super electione superstitis electi pendente) nullatenus procedatur. Alias attentata contra hoc electio, ipso iure viribus non subsistat.

CAP. II.

Si beneficiarius (contra quem super beneficio litigatur) cedat, vel decedit, si alius lite pendente eum supersitit fuerit electus, non valet electio. Si vero aliquis (quorum interitus ad defensionem liti voluit admitti, in eo statu, in quo erat causa, admittitur. Ita.

Idem.

Si iij (contra quos super dignitatibus, personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis quae possident a litigantibus lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter novos adversarios (qui malitiose interdum petitoribus fatrogantur) litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat: statim, ut dignitates, personatus vel beneficia huiusmodi (donec contra superstitis liti finita fuerit) aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quisquam, vel etiam presentetur. Quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Sane si ad defensionem ipsius liti, aliqui quorum intererit, petierint se admitti: eos in illo statu, in quo ipsam invenerint, decernimus admittendos.

DE CONFESSIS.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Super falso negativo per partem improbabili (si iudicis videtur) est admittenda positio. Innocentius IV. in concil. Lugdunensi.

Statuimus, si, ut positiones negativas (quae probari non possunt nisi per confessionem adversarii) iudices admittere possint, si equitate suadente viderint expedire.

CAP. II.

Si reus iustus positivibus respondere recusat, vel si contumaciter recedit, habeatur pro confessis: secus si prius, quam se iustus esse, contumax fuerit: nam tunc procedatur contra eum ratiocinatio contra contumacem. Ita.

Bonifacius VIII.

Si post praestitum veritatis aut calumniae iuramentum, reus vel procurator ipsius, positionibus ab adversario sibi factis interrogatus, iustusque a iudice

a Not. Phil. & Pet. de Anoh. cap. quod in beneficiatibus est vera possessio, & illa est causa quare in talibus suis possessionibus, sicut in profanis, & limitant ipsum textum. Arch. & Dominicus, non procedere in petitorum decedente: neg. distat Clem. 16. si abere. in eod. quia illa intelligitur, quando nullus pendet mortuus petitor: item limitatur text. quando lit. est inter provisum a Papa, & eum ad quem spectat providere. Phil. hoc. Font. b vide Paul. de Cass. conf. 167. in cap. ad primam. vel. 2. & Cyn. l. 2. §. sed quia. c. de jur. cal.

perpetuo alterius possessio non auditur, nisi probet possessionem

Bonifacius VIII. A decimas, quas canonici & sancti Nicolai se assignaverunt in parochiam ecclesie B. clerici possidere aliquid, & eis per eundem clericum spoliatos fuisse, nequam debent restitui, nisi eviderent docuerint, quod eorum possessionem legitime affectu fuissent. Quia eas decipisse in iuste verisimiliter presumuntur, cum proveniant ex praedictis in alienam parochiam constitutis. Si quo manifestum (nisi aliud ostendatur) eas de jure communi ad eandem ecclesiam pertinere.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Contumacia condemnat in expensis: nec citatur ulterius ad suam petitionem reus, nisi iudicatus de voluntate & contentione.

Innocentius IV.

Cor qui ad terminum venire, ad quem citari adversarius fecerat, non curavit, venienti reo in expensis d. (propter hoc factis legitime) condemnatur. Ad citationem aliam minime admittendus, nisi sufficienter caveat, quod in termino fideliter obedire comparere.

CAP. II.

Reus appellatus & recedens citari ulterius non tenetur, si iura in causa procedat: nisi postquam appellatum renunciat. Ita.

Bonifacius VIII.

Item quia tua interlocutoria vel gravamine, quod per te facti proponit illatum, a tua presentia recedit appellatus, (cum proferri videatur hoc ipso se nolle coram te de cetero lingere) citare ad alia, quae postea in iudicio habenda incumbunt, vel etiam ad sententiam audientiam, (nisi sponte appellationi suae renunciet) non tenetur. Necideo minus (quod in eius absentia processerit) tuas processus validos reputari debent.

DE EO QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDAE.

TITVLVS VII.

CAP. VNIC.

Quando agitur de beneficio ecclesiastico, ab contumaciam reus non fit nisi in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata procedatur.

Innocentius IV.

Item si, qui (super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendis) cum aliquo litigat possidit, ob partis adversae contumaciam, causa litiganda in ipsorum possessionem statuimus non mittimus: ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitio. Sed licet in hoc casu (contumacia absentiam divini regente presentia) etiam lite non contestata, & dignitate examinato negotio, ipsum sine debito terminetur.

a Not. Marti. de assis. de iur. p. b vide Bald. gl. 2. a. fin. de proc. Font. c al. ut: Innoc. IV. in concil. Lugdun. d. val. Bald. in l. i. in concil. C. de iur. tribus. de dol. & contum. Font. e al. ut: Innoc. IV. in concil. Lugdun. f. An. p. de iud. cap. ad falsum beneficiarium, nec sit error in questura. de iur. in Clem. 11. de sep. sep. Paul. Font. g Ubi contra contumaciam non mittitur in possessionem, & si mora est periculis, proceditur ad definitivum.